missura ad legatos suos, et hoc ac idem aliis in-
rem ipsius Illtis ac Provinciae Camminensis Rei-
Pub: praepositura. Etsi vero S. R. Mtas ipsi
Illsmi Marchionis ab Anspach, non derogat.
tamen haud satis tolerat, quod superiori tem-
pore, orator ipsius, non modo ad omnia consilia, at
Ill. Ducis consiliariis admissus fuisset, verum et,
iam ad eius arbitrium provincia administrata
esset. Etenim hoc ordines regni offendit, quod
factum sit primum absque autoritate Regni et in
eius praeiudicium deinde verò, quod interregni
ipsius tempore res illius provinciae, alio quam quo
in creando Rege ordinum studia tenderent, revo-
carentur. Quarobrem R. Mtas hortatque in-
posterum aliquid tale fiat, neve quis exterorum
praeter scitum et voluntatem R. Mtis ad tractan-
da et gerenda illius Ducatus negotia adhibeatur.

Responsum à Sacra R. Mte Polo-
niae Nobilibus Jacobo Wobezer Capi-
taneo Leoburgensi, et Henningo à Ra-
min Illustrium Pomeraniae Ducum Orato-
ribus Datum Turunij die XVIII Mensis De-
cembris Anno Dni 1576.